Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia panes & pisces dn̄s discp̄lis discp̄li aut̄ turbis ministrauerunt.
Cū eni ministeriū humanę salutis iniciū acepisset enarrari p dn̄m.
ab eis qui audierunt in nos confirmatū ē. Quinq; siq̄dē panes &
duos fregit pisces. & distribuit discp̄lis suis. quando aperuit illis
sensū ut intelligerent om̄a quę scripta essent in lege moysi &
pphetis & psalmis de ipso. Discp̄li apposuer̄ turbis. quando
pfecti p̄dicauerunt ubiq; dn̄o cooperante & sermonē confir-
mante sequentib; signis. Fenū in quo discumbens turba reficit̄.
c̄cupiscentia carnalis intellegit̄. quā calcare ac p̄mere debet
om̄is qui sp̄ualib; alimentis satiari desiderat. Om̄is eni caro
fenū. & om̄is gl̄a ei tamq; flos feni. Discū bat g̊ sup fenū ut
florē feni conterat. id: castiget corpus suū & seruituti subiciat.
uoluptates carnis edomet. luxurię fluxa restringat. Quisq;
panis uiui cupit suauitate refici. q̄sq; supnę gr̄ae dapibus
renouari amat. ne infirma uetustate deficiat caueat.
Quinq; milia uiri qui manducauer̄ pfectionē eorū qui uerbo
uitę reficiunt̄ insinuant. Virorū q̄ppe nomine solent in
scripturis pfectiores quiq; figurari. quos feminea mollicies
nulla corrumpit. quales cupit ēē eos quib; dicit apl̄s. Vigi
late state in fide. uirilit̄ agite & c̄fortamini. Millenarius
aut̄ numerus ult̄ quē nulla nr̄a c̄oputatio succrescit. ple
nitudinē rerū deq̄b agit̄ indicare c̄sueuit. quinario uero
numero quinq; notissimi corporis nr̄i sensus exp̄muntur.
uisus uidelicet auditus olfactus gustus & tactus. In quib;
singulis quicūq; uirilit̄ agere & c̄fortari satagunt. sobrie
& iuste & pie uiuendo. ut cęlestis sapientię mereant̄ dul
cedine recreari. hi nimirū quinq; milib; uirorū quos dn̄s
mysticis dapib; satiauit figurant̄. Nec p̄tereundum qd̄